



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

Franciscvs Ivlianivs Venetus, Marco Marulo viro doctissimo & optimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

F R A N C I S C V S I V L I -
anius Venetus, Marco Marulo viro
doctissimo & optimo.

Quæ veterum pietas, fidei quæ gloria nostræ,
Iam pridem scriptis innotuere tuis.
Scilicet hoc vario deducta exempla labore,
Et docuit miræ sedulitatis opus.
Nunc cæli dum pandis iter, dum numina nobis,
Ut mihi sis magni numinis instar, agis.
Quare age quod tantum cœptum est pede, fortiter aude:
Et tua quo virtus te vocat, ista pete.
Sic decus, & nomen, laudemque paraueris, ut tu
Extinctus superis adnumerere tuis.

F R A N C I S C V S I V L I -
anius Venetus, Francisco Lucensi sacer-
doti integerrimo.

Quæra tui est Maruli scribendo gloria, tanta è
Laus tua quæ Marulum viuere posse doces.
Adde, quod ingenio quantum contendere neruis
Fas fuit, ut late splendeat, vnus agis.
Profuerat tibi Marce parum, noctesque diesque
Peruigilem studiis inuigilasse tuis.
Frustra omnis labor, & frustra hæc industria, ni te
Et populo, & longo vindicet iste situ.
Hic vitam dedit æternam, astruxitque nitorem,
Hic tibi quæ deerant, cætera pene dedit.

A 3